

cus iniqua perferentes defensare et eos qui in inevitabiles
 factiones inciderunt adiuvare et humi iacentes erigere, secun-
 dum possibilitatem quam habetis: compassionem enim supra
 universos homines possidetis. causa autem rei, quod sensum
 10 rectum tenetis et inconcussam servatis erga dominum nostrum
 Iesum Christum fidem, nec non etiam indissimulatam universis
 fratribus et omnibus in nomine Christi vocatis tribuitis cari-
 tatem. quam ob rem ego inevitabilibus inretitus ad solum post
 domini relictum auxilium afflictus et in extremis laborans con-
 15 fugio, solutionem malorum meorum in quibus incidi repperire
 desiderans. quod quidem sic est.

Ante paucos menses Eutychem presbyterum et archi-
 mandriten in Constantinopolitana civitate monasterium habentem
 repperi avertentem plurimos fratres spiritales a fide ortho-
 20 doxorum et contraria ecclesiasticae dogmati sentientem. maxi-
 mum iudicavi mihi imminere discrimen, si tantam et talem
 pravitatem dissimularem tacendo. per libellos ordinatos meo
 nomine adii religiosissimum Flavianum tunc Constantinopoli-
 tanæ civitatis episcopum et eos qui tunc ibidem reperti sunt
 25 religiosissimi episcopi, accusans Eutychem quod abdicasset in-
 stitutionem et doctrinas sanctorum patrum, et quaerens temp-
 tare universos simul qui incaute erraverunt a recta fide,
 et praeter canones tradens doctrinas. rogavi adesse ipsum
 ad religiosorum consessum et satisfacere de his quae illi obiecta
 30 sunt a me. qui Eutyches vir occurrit ad consessum et propria
 voce quid sentiret exposuit. quod quidem repperientes reli-
 giosi episcopi alienum ab ecclesiastica traditione damnave-
 runt eum, auferentes presbyterium et monasterii principatum.
 quod quidem opinor vestram sanctitatem non latere, et hoc ex
 35 his cognovi, quae vestra sanctitas ad religiosissimum Flavianum
 scribere dignata est. sed his circa Eutychem observatis contigit
 repente secundum praeceptum religiosissimorum imperatorum
 nostrorum, sicut et vestra beatitudo cognovit, synodum debere
 congregari in Ephesiorum metropolim. quo, post adventum
 40 religiosissimorum episcoporum ad praedictam civitatem et horum,
 qui a vestra sanctitate destinati sunt religiosissimi viri in loco
 vestro, et ego affui pariter propter ibidem adventum praedicti
 viri Eutycheis. synodo itaque facta in sancta ecclesia religio-

6 in inevitabiles] inabitabiles. 8 habetis] *Amelli*: habentes. 9 possi-
 dentes in der Handschrift geändert in possidetis. 10 servatis] scrutatis.
 13 nach caritatem setzt *Amelli* ein, als stünde es in der Handschrift: en
 luculentissimum locum pro Romani pontificis infallibilitate — ineitalibus
 inrititus. 18 habente; vielleicht fehlt danach ut oder eine ähnliche Par-
 tikel. 19 a] *Amelli*: fehlt. 20 docmati. 22 dissimularem] *Amelli*:
 dissimulantem. 26 quaerentem universos simul quod incaute; die Aen-
 derung ist wenig sicher. 28 adesse] ad se. 29 consessum] *Amelli*: con-
 sensum. 30 eutyches vielleicht zu tilgen, — consessum] *Amelli*: consensum
 — propria] *Amelli*: propriam. 39 quo] quod. 42 vestro] vestro fuerunt.
 43 eutyches.